



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est**

**Masson, Jean Papire**

**Parisiis, 1678**

Massilia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

DRV-  
ENTIA.

## MASSILIA.

Mar.  
seille.

**M**ASSILIAM multi præclari  
 auctores laudarunt: vt Græ-  
 carum literarum scholam Strabo  
 celebrat, deque ea per triumphum  
 lata Cicero, octava Philippica, &  
 libro 2. Officiorum magnopere  
 queritur, vt inhumaniter tracta-  
 tam, & Tacitus quoque in vita  
 Agricolæ: *Arcebat enim, inquit, ab  
 illecebris peccantium præter ipsius bo-  
 nam integramque naturam, quod sta-  
 tim parvulus sedem ac magistram  
 studiorum Massiliam habuerit locum  
 Græca comitate & provinciali parsy-  
 monia mistam ac bene compositum.*  
 Hæc de illa Cor. Tacitus. Locum  
 nobilissimum de Senatu & Cen-  
 tumviris Massiliensibus apud Lu-  
 cianum in Toxarte sive de amici-  
 tia esse moneo: & apud Valerium  
 de Institutis antiquis. Paulinus in  
 Carmine ad Cytherium præclare  
 etiam de illa loquitur in hunc  
 modum:

Francia

per Flamina.


Sed propter inde posita Gallorum  
solo,

DRV-  
ENTIA.

L I A.

*Massilia Graium filia,  
Alumna sancta civitas Ecclesie,  
Pandeat humanos sinus.*

Illustrem Episcopum habuit Salvianum, illustrem Monachum Joannem Cassianum, quorum opera extant. Salvianus egregium opus suum inscripsit de Gubernatione Dei ad Salonium, sicque orditur: *Santo Salonio Salvianus Episcopus salutem in omnibus.* Viennensem verò Antistitem Salonium notius est quàm ut à me longiori oratione dici debeat. Ejusdem extat dialogus prior ita inscriptus, *Salonius ad Veranium fratrem.* De eisdemque fratribus est Epistola supra à nobis relata. Et apud Leonem Romanum Pontificem, est alia Ceretiæ, Salonii & Veranii Episcoporum Gallie in hunc modum.



ulti præclari  
nt: ut Græ-  
olam Strabo  
triumphum  
hilippica, &  
magnopere  
iter tracta-  
que in vita  
, inquit, ab  
eter ipsius bo-  
am, quod sta-  
c magistram  
abuerit locum  
nciali parsi-  
compositum.  
tus. Locum  
tu & Cen-  
s apud Lu-  
e de amici-  
nd Valerium  
Paulinus in  
m præclare  
ar in hunc


DRV-

ENTIA.

Domino sancto, beatissimo Patri  
 & Apostolica Sedis dignissimo  
 Papa Leoni, Ceretius, Salonius,  
 & Veranus.

**R**E censitâ epistolâ Beatitudinis  
 vestra, quam de fidei instructio-  
 ne conscriptam, ad Constantinopoli-  
 tanum Episcopum destinastis, dignum  
 esse censuimus, ut tanta doctrina  
 ubertate ditati, debitas gratias saltem  
 oblato literarum officio redderemus.  
 Paterna siquidem erga nos pietatis  
 vestra sollicitudinem comprobantes, an-  
 ticipationi curationis vestre hoc nos  
 magis obnoxios confitemur, quod re-  
 mediorum beneficia ante malorum  
 experimenta cognovimus. Scientes  
 namque pene sera esse remedia, que  
 ad auctis jam vulneribus apponuntur,  
 ut Apostolicis illis munitionibus  
 induamur, prouide pietatis vocibus  
 premonetis. Agnoscimus planè, bea-  
 tissime Papa, quod ad nos interiora  
 pectoris vestri peculiari affectione  
 transmiseritis, quorum incolumitatis  
 aliorum curatione succurritis; & dum  
 ex aliorum precordiis infusa antiqui

Serpentis venena producitis, quasi in  
 quadam charitatis specula constituti,  
 Apostolica illa cura ac sollicitudine  
 conclamatis, ne inopinantibus impro-  
 visus hostis adveniat, ne vulneri lo-  
 cum prebeat incanta securitas, Do-  
 mine sancte beatissime Pater, & Apo-  
 stolica sede dignissime Papa. Deinde  
 interpositis quibusdam sequitur &  
 alia manu. Memorem Coronam  
 vestram humilitatis nostrae Christus  
 Dominus longaeva aetate conservet,  
 domine sancte beatissime Pater, &  
 Apostolica sede dignissime Papa.  
 Ceterius susceptus vester, Apostola-  
 tum vestrum in Domino saluto, com-  
 mendans me orationibus vestris. Sa-  
 lonius venerator vester, Apostolatum  
 vestrum in Domino saluto, orationum  
 strarum subsidia deposcens. Veranus  
 cultor vestri Apostolatus, Beatitudi-  
 nem vestram saluto, & ut pro me  
 oretis peto.

DRV-  
ENTIA.

D.R.V.

ENTIA.

Domino dulcissimo suo Eucherio  
Salvianus.

**L**Egi libros quo transmifisti mihi, stylo breves, doctrina uberes, lectione expeditos, instructione perfectos, menti tue & pietati pares. Nec miror quod tam utile ac pulchrum opus ad institutionem potissimum sanctorum ac beatorum puerorum condidisti. Cum enim eximium in eis templum Deo edificaveris, doctrina nova eruditione quasi summum edificii tui culmen ornasti, & ut in doles sancte aqua doctrina ac vita illustrarentur, quos morali institutione formaveras, spiritali instructione decorasti. Superest ut Dominus Deus noster Iesus Christus, cuius dono admirandissimi juvenes tales sunt, pareos eos faciat libris tuis, id est, ut quicquid illi continent in mysterio, hoc uterque illorum habeat in sensu. Et quia jam dispensatione divina atque iudicio etiam magistri Ecclesiarum esse ceperunt, donet hoc benignissima Dei pietas, ut doctrina illorum fructus sit Ecclesiarum & tuus, profectusque

smisisti mi-  
 octrina ube.  
 instructione  
 ietati pares.  
 tile ac pul-  
 onem potissi-  
 arum puero-  
 im eximium  
 caveris, do-  
 asi summum  
 ti, & ut in-  
 na ac vitail-  
 i institutione  
 structione de-  
 ominus Deus  
 ius dono ad-  
 es sunt, pares  
 est, ut quic-  
 ysterio, hoc  
 in sensu. Et  
 divina atque  
 Ecclesiarum  
 benignissima  
 illorum fru-  
 ctus, profec-  
 Etusque

Etusque excellentissimus tam illum or-  
 net, & quo sint geniti, quam eos quos  
 ipsi sua institutione generaverint: mi-  
 bique hoc & si non inter omnia mise-  
 ricors Deus tribuat, ut qui fuerunt  
 discipuli quondam mei, sint nunc quo-  
 tidie oratores mei. Vale mi domine, &  
 dulcis meus.

Domino beatissimo merito suscipien-  
 do, & in Christo devinctissimo  
 Papa Eucherio, Hilarius.

Cum me libellos tuos relectu-  
 rum precedentibus literis iudi-  
 cassem, instante exactione pueri  
 quem miseras, lectitare nullatenus  
 potui. Emisi itaque florulenta Bea-  
 titudinis tue opera non parum an-  
 xius, ne necdum scripta tam jugiter,  
 tam graviter ruentibus imbribus la-  
 befactarentur, percucurri ea semel  
 tantum, universa miratus. Concedat  
 Dominus, ut speciosa hac in Christo  
 instructionum nostrarum gloria tue  
 operate in paginis tuis duce aliquan-  
 do persentiam. Hoc unum precor,  
 ne me diu his institutionibus frau-  
 dariferas, sed unum me de juveni-

386 Pap. Mass. descr. Francia  
DEV-  
ENTIA. bus tuis, quos hac eruditione ornasti,  
habens, eò instantius habere me ve-  
lis, quò me magis juventutis retia pre-  
munt. Memorem te mei Dominus  
ad profectum Ecclesie sue diu servet,  
beatissime Papa.

Epistola nonagesima prima Leo-  
nis ad Theodorum Forojuliensem  
Episcopum, vt his qui in exitu sunt,  
pœnitentia & Communio non ne-  
gentur.

*Dilectissimo fratri Theodoro Epi-  
scopo, Leo Episcopus.*

**S**olicitudinis quidem tue is ordo  
esse debuerat, vt cum Metropo-  
litano tuo primitus de eo, quod  
querendum videbatur esse, confer-  
res: ac si id, quod ignorabat Dile-  
ctio tua, etiam ipse nesciret, instruis  
vos pariter posceretis: quia in causis,  
que ad generalem observantiam  
pertinent, omnium Domini Sacer-  
dotum sine Primatibus nihil oportet  
inqui. Sed vt quoquo modo  
instruatur ambiguitas consulentis,  
quid de pœnitentium statu Eccle-  
siastica habeat regula, non tacebo.

Deinde interpositis compluribus DRYEN  
TIA.  
ad finem epistolæ sic ait. *Hæc au-*  
*tem, frater charissime, quæ ad inter-*  
*rogationem Dilectionis tuæ ideò respon-*  
*di, ne aliquid contrarium sub igno-*  
*rantia excusatione generetur, in Me-*  
*tropolitani tui notitiam facies perve-*  
*nire, ut si qui fortè sunt fratrum, qui*  
*de his antea putaverint ambigendum,*  
*per ipsum de omnibus, quæ ad te*  
*scripta sunt, instruantur. Data 4. Idus*  
*Junii, Herculano viro clarissimo Con-*  
*sule. Is fuit annus 13. Pontific. S.*  
*Leonis.*

Lucus est municipium Vocontio-  
rum, ut Cornelius Tacitus ait,  
quod in Provincia est prope Massi-  
liam, in quo visitur marmoris in-  
scriptio hujusmodi.

JUSTITIÆ ET CLEMENTIÆ  
C. CÆSARIS.

A Massilia Forum Julii abest vi-  
ginti leucis Provincialibus.

Lucanus ait Massiliam causata  
Senatus secutam his verbis :

— ad urbem

*Haud trepidam convertit iter : tunc*  
*mœnia clausa [ corona,*  
*Conspicit, & densa juvenum vallatæ*

R ij

DRV-  
ENTIA.

388 Pap. Mass. deser. Francie

Haud procul à muris tumulus sur-  
gentis in altum

Telluris, parvum diffuso vertice cam-  
pum, [cingi]

Explicat hæc patens longo munimine  
Visa duci rupes, pilaque aptissima  
castris.

Proxima pars urbis celsam consurgit  
in arcem,

Pars tumulo, mediisque sedent con-  
vallibus arva.

Eadem Massilia undis Gallici ma-  
ris tribus partibus abluitur. Quarta  
pars illa est, per quam ad eam acce-  
ditur per continentem. Quo in spa-  
tio quicquid ad arcem pertinet, ex-  
pugnatum difficile est, naturâ diffici-  
lem expugnatum reddente: nam  
vallis altissima & longa, & ascensu  
ardua est.

Theodulphi versus de Massilia,  
Aquensi, & Caballico civitatibus:

Massilia Argolica nos cœpit condita  
gente,

Arvum & Aquina urbi, sive Ca-  
velle tuum. [casus]

Ast alias lustrare vetat per singula  
Quarum nos populus quò summi  
omnis ad t.

*Aequoris insani fera quas vicinia  
ladunt,*

DRY-  
ENTIA.

*Aëre corrupto & tabidus efflat odor.*

Massiliam Phocenses condidere  
prope Arelatem, Rhodanumque  
fluvium, loco paludibus vliginoso,  
vbi boves furibundi magnoque nu-  
mero pascuntur. Et superioris  
Theodulphi versus de Massilia pri-  
mus loquitur, mox de Aquense ci-  
vitate Sextiarū, tertid de Cabellica  
notissimo quoque Episcopatu. De-  
nique de locis inter Antipolin  
& Olbiam Lerinumque Austro-  
flante corrumpi solitis, Ovidius  
VII. Metamorphoseos. [stri.

*Letiferis caldi spirarunt flatibus Au-  
Cassiani portus in Provincia quo-  
que est, de quo dici solet: Hic pater  
filium amisit, idcirco Portemius appel-  
latur.*

Ex Panegyrico ad Constantinum  
incerti auctoris, cujus initium est:  
*Faciam sacratissime Imperator, de-  
scriptionem Massiliensis portus hu-  
jusmodi invenio: Massilia, ut audio,  
in profundum mare prominens, & mu-  
nitissimo accinet a portu, in quem an-  
gusto aditu Meridianus refluit.*

R iij

Francie  
mulus sur-

vertice cam-

[cingi  
to munimine  
ne aptissima

am consurgit

e sedent con-

Gallici ma-  
tur. Quarta  
d cam acce-

Quo in spa-  
bertinet, ex-  
tura diffici-  
ente: nam  
, & ascensu

de Massilia,  
civitatis:  
cepit condita

rbi, sive Ca-

[casus]  
it per singula  
s quo sumus

DRV-  
ENTIA.

*Sinus mille quingentis passibus terra  
cohaeret, qua firmissimis turribus fre-  
quens murus opponitur. Quippe olim  
Græcos Italosque illuc, cum artibus  
ingenioque pollerent, ipse etiam  
docuit locus, omnia quæ bello vsui  
forent largius in eam partem quæ  
adiri posset impendens, cum natura  
in cæteris cæptum operis remisisset.  
Massiliæ autem templum dica-  
tum Cassiano superest, ejusque libri  
de Incarnatione excellentes sunt, &  
qui illos negligit, is sciat se esse pue-  
rum, futurumque imposterum in-  
doctiorem.*

---

*Argentens Amnis.*

**E** Montibus Provinciae *Argen-*  
*tens* amnis dilapsus decurrit in-  
ter S. Martini & Væregias nota loca.  
In eum postea *Chalilo* rivulus labi-  
tur, & sub *Carse* nobili fundo alii-  
duo, *Carannia*, ad quem sita est  
*Brignollia*, in cujus agro delicata  
sunt pruna, vt etiam ab institoribus  
vendenda Lutetiam afferantur. Ali-  
ter fluuiolus *Candunia* appellatur,

*Cau-  
dunc, r.*